

Metra, qvæ in memoriam,
illusstris ac
generosissimi domini,
dn Johannis Cas...

Brask, Samuel Petri,

82 Aa 13/2 Leijonhufvud



National Library
of Sweden

M E T R A,
IN M E M O R I A M,

ILLUS TRIS AC G E N E R O S I S S I M I
D O M I N I,

Scijonhufvud

D N L. J O H A N N I S C A S I M I R I,

Comitis de Raaborg & Falkenstein / Lib. Baronis de Gråffnäs & Rågleholm /
Domini de Reipelskirck / Wånåås & Kobergh / sereniss. Reginae viduae à
consilij secretioribus, ac Donationis Regiae
Gubernatoris amplissimi:

Qui lucem hanc ætheream, placidissimè, in australi Holmiæ suburbio, XVI. KL. Septemb. Anni salutis 1634.
obdormiens, mutavit cum luce *Solis Justitia*, cujus aspectu nunc summè felix gaudet, gaudebitq;
in secula omni sine carentia; Ejus vero generosi: Dn. exuvias, cippus quidam pario lapide
affabrè politus, in templo cathedrali Salano, IX. KL. Junij, Anni 1635. præce-
dente magnifico funere, fovendas excepit, usq; dum clangore litui
resuscitentur mortui:

Scribebant

V mare vita fluit, cuius dum turbine nati
Obversis venti præcipitantur aquis,
Quem tua vela petent portum, quod classib' æquor
Sulces, ne noceat naufraga rupe palus?
Puppibus infames læsis obstare Maleas
Cernimus, est saxis undiq; strata palus!
Juge sit auspiciam, medium sit deniq; iuge,
Quæ sidunt, surgent ultima fata, tibi:
Nam Parca est ingrata quies, est prima voluptas
Si ductum stamen protin' occet atrox.
Quid mirum quod si Comes hic CASIMIRUS Juri
Succumbet Parca? causa fat ampla patet.
Sed turbas mundi lævas huic Parca diremit,
Ad superos struxit perfacilemq; viam;
Non iter inceptum Maleæ scopuliq; retardent,
Verum enervis erit Daemonis ira furens,
Parca tibi nil juris erit, quin ausibus illis
Desinis ulterius nil tibi juris erit,
Nil tibi juris erit sanctos torquere molestis
Ausibus, at versis retrò recede vijs.
Hunc nostrum *Comitem* coelesti sede receptum
Lætificant varijs gaudia juncta modis.
Christe tuba revocans manes, huic gaudia confer
Dum redis, & fragilis cespite surget humi.

SAMUEL PETRI Brass
O-Gothus.

Æ Tas dum loquimur florida labitur;
Quin non immeritò dicitur invida:
Fallit nos fugit &, non secus ac globus,
Æris verberare tortilis.
Dico næ potius te invidum, & horridum,
Plus, qui gracili es parcere nescius,
Ætati, minus stamina fervida,
Annis & saturos rapis,

Tristis luctificis ordo sororibus;
Qui submittis atrox tam citò pollicem.
Vère nobilium, quam malè sordidum.
Fufis. Tuq; avidè inclytam
Humani generis progeniem cupis.
En *fidissima spes*, Rex patriæ pius
Clothus haud potuit fata reflectere.
Nec virtute eluens Comes,
Quem illustres atavi, sanguine nobili
Heroum geniti, posteritatis, &
Laudatæ Gothiæ, sidereum jubar
Liquerunt, Lachesis latet.
JOHANNES etenim nunc CASIMIRUS heu
Decisus rigidæ cuspide mortis est:
Qui clarus fuerat, tam in Gothicis plagis,
Ac terris procul hinc sitis.
Ejus Gylliaco fama cothurno erit
Dicenda, hanc igitur carmine pinger
Desisto; tenuis quippe mihi est calamus,
Ast is *Celsus* erat Comes.
Vos consanguinei, linquite nunc tamen.
Planctus, vos vacuas à fluidis genas
Guttis efficite; est namq; ubi nabilia,
Cœlestis resonant chori.
Præmissus Dominus scis Domina est tuus;
Præmissus pater est; stemmate nobiles
Gnati; tu series moesta clientium.
Præmissusq; patronus est;
Præmissus reor est, sed non amissus, at
Arcem ad sideream Baro profectus est:
Cernetis *Comitem* sede in olympicâ,
Post hæc langvida gaudia.

PETRUS CLAUDII Præp
O-Gothus.

UPSALIAE,
Imprimebat ESCHILLUS MATTHIÆ.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

1953

53